Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



grum nardi pistici pretiosi. et
fracto alabastro effudit super
caput eius. Erant autem quidam
indigne ferentes intra semet
ipsos et dicentes. Ut quid perditio
ista unguenti facta est. Potest
hoc enim unguentum aliquid venire
denarii. plusquam centum et dari pauperibus. Et fre
mebant in ea. Iesus autem dixit.
Sinite eam. Quid illi molesti estis. Bonum opus opa
ta est in me. Semper enim pau
pres habetis vobiscum. et cum vo
lueritis potestis illis benefacere.
me autem non semper habebitis.
Quod habuit hoc fecit. prae
uenit ungere corpus meum in se
pulturam. Amen dico vobis.
ubique quicquid predicatum fuerit euan
gelium istud in universo mundo
et quod hoc fecit narrabitur in
memoriam eius. Et iudas sca
riothes unus de duodecim abi
it ad summos sacerdotes ut pro
deret eum illis. Qui audientes
gauisi sunt. et promiserunt ei pec
uniam se daturos. Et quaerebat
quomodo illum opportune traderet.
Et prima die azimorum quando
pascha immolabant dicunt ei discipuli. Quo vis eamus et par
amus tibi. ut manducemus pascha.
Et mittit duos ex discipulis
suis et dicit eis. Ite in ciuitatem
et occurret vobis homo lage
nam aquae bajulans. Sequimini
eum. et quocumque introierit dicite
domino domus. quia magister dicit. Ubi
est refectio mea. ubi pascha cum
discipulis meis manducem.
Et ipse vobis demonstrabit co
naculum grande stratum et illic
parate nobis. Et abierunt di
scipuli eius et venerunt in ciui
tatem. et inuenerunt sicut dixe
rat illis et paraverunt pascha.
Vespere autem facto venit cum duo
decim. Et discumbentibus eis et
manducantibus ait illis. Amen
dico vobis. quia unus ex vobis
me tradet qui manducat mecum.
At illi coperunt contristari et dice
re singillatim. Numquid ego. Qui
ait illis. Unus ex duodecim qui
intingit mecum manum in ca
cumo. hic me tradet. Et filius
quidem hominis vadit sicut scriptum
est de illo. Ve autem homini illi per quem
filius hominis tradetur. Bonum erat
ei si non esset natus homo ille.
Et manducantibus illis accepit
ihesus panem. et benedicens fre
git. et dedit eis. et ait. Sumite.
hoc est corpus meum. Et accep
to calice. gratias agens et dedit eis.
Et biberunt ex illo omnes. Et
ait illis. Hic est sanguis meus
nouum testamentum. qui pro multis
effundetur. Amen dico vobis. quia